

Dñica decima post trini.

Deut. xliij. Non offers mercedē prostibuli. his tribus modis de mammona iniquitatis. id ē. de bonis inique acquisitis. pauperes possunt acquiri amici. **Iuxta** preceptum dicentis. **facite** vobis amicos de mammona etc. **Secundo** diuitie dicuntur iniquitatis. id est. inequalitatis. quia inequaliter possidentur. **Nam** vnus possidet cū honore alter cum dedecore. vnus cum bona alter cum lesa conscientia. vnus vt pauperum adiutor alter vt eorum depressor. vnus cum timore dei possidet. alius cum iactantia et timore. **Tertio** dicuntur iniquitatis. quia inequaliter acquiruntur vel expenduntur. alij enim expendunt cum meretricibus. **Sicut** ille **Luc. xv.** Alij cum lusoribus et histronibus comestationibus ebrietatibus. et sic de alijs. de quibus dicit **Iudo** libro tertio de sum. bo. cap. lxij. **Graviter** in deum delinquent qui diuitias sibi a deo concessas. non in rebus salutaribus. sed in rebus prauijs delinquentur et vtuntur vt inde magis augeant delicta vnde ea redimere debuerunt.

Domínica decima post trinitatis. Sermo primus.

Videns iesus

ciuitatem fleuit super illam dicens **si cognouisses et tu. glo. feres. Luc. xix.** **Cōstan**tinus in libro de naturis liquidozum dicit. qd multum pollet humiditate cerebri magis citius alijs lachrymatur. **Sed** hec lachryma interdum accidentaliter in aliquibus hominibus impeditur licet cerebri humidum habeant. et hoc pbat **Fontinus** in descriptione vniuersi de interficiendis. **Quin** inquit. **Quis** ad mortem compellendus ducitur lachrymaz emittere minime potest. **Et ratio est.** **Nam** timore quidem valido totum humidum capitis ad cordis transmittitur regionem. quo transmissio tales non possunt flere. **Moraliter** per illos qui pollent cerebri humiditate possunt homines deuoti et compassiui merito intelligi. quia tales magis videntur in lachrymis tam p peccatis pprijs q etia alienis humidare. quorum vnus fuit **Piere. ix.** **Quis** dabit capiti meo aquam et oculis meis fontem lachrymarum et plorabo die ac nocte in terfectos populi mei? **Ali** fuit **Job. c. xxx.** **Flebam** inquit super eo quondam qui afflictus erat illo etiam modo **Dauid** in humiditate deuotionis abundauit cū mortē filij sui **Absolonis** deplanxit. **ij. Reg. xviij.** dicens. **Fili** mi **Absolon**

quis det mihi vt moriar pro te? **Plangebat** enī vt dicit **glo.** mortem eius spiritualement. qz mortuus erat in peccato mortali actualiter psequendo patrem. **Et ponitur** hoc sex vicibus **Absolō** fili mi propter sex conditiones penarum q sunt in gehenna. videlicet pena sensus. pena damni stridor dentium et fletus. **Et exteriores** tenebre et duratio sine fine. **Sed** per illos qui ducuntur ad mortem. intelliguntur peccatores mortales qui quotidie ducuntur ad mortem eternam. quē admodum bos ad victimam. et tales minime flent pro peccatis suis. sed letantur cum male fecerint et exultent in rebus pessimis. **Proverb. ij.** **Et licet** de fletu talium interdum legit vt de fletu **Esau. ad Heb. xij.** **Non** inquit inuenit penitentie locum quamuis cum lachrymis inquisisset eam nō tamen fleuit pro peccato. quia dicit **glo.** q lachryme **Esau** non procedebant ex dolore culpe commissę. sed solum propter damnum temporale. eo q p̄mogenita vēdidisset. **Gen. xxvij.** **Ita** ad propositum christus qui abundauit in humiditate compassionis fleuit vberime super inhabitatores hierusalem ciuitatis. **Et ecce** so ipsi inhabitatores minime flebant. quia ad mortem perpetuam ducebantur et non solum ppetuam. sed etiam temperaneam qua occiderentur a romanis. **Ideo** dicit euangelium. videns **Iesus** ciuitatem fleuit super illam. in quo duo tanguntur. primo dominice passionis lachrymam ibi. **Videns** iesus ciuitatem. secundo iudaice destructionis perditionem ibi. et quidē **Circa** primum notandum. christus saluator noster nunq legitur hic in terris risisse. sed multis vicibus inuenitur fleuisse. **Et primo** in sua generatione. et hoc propter tria. vt dicit **Volcot** super illud **Sap. vij.** **Et primam** vocem similem omnibus plorās emisit. **lec. lxxix.** **Primo** vt se verum hominem ostenderet. vt quia verus deus et homo sciuit hereses surgere qui cum nō verum corpus sed fantasticum dicerēt assumpsisse. quorum heresim volens damnare ad instar veri hominis dignatus est flere. **Et contra** hunc errorem dicit magister li. iij. sententiarū. di. ij. c. iij. **Clarissime** et absq omni ambiguitate dicitur q ex quo hominē assumpsit et totū assumpsit simul q vnīuit animam et carnem nec caro prius fuit concepta et postmodum assumpta et in assumptione concepta. **Et beatus** **Effrem** in quodam sermone de transfiguratione pbat christum verū deum et verum hominē dicens. **Si non** erat deus **Gabriel** quem dū voc et. **Et si non** erat homo **Maria** que in ventre gestabat. **Si nō** erat deus magi quem adorabant. **Si non** erat homo. **Iohannes** quem baptizabat. **Si non** erat deus.

peccata quis relaxabat. Si non erat homo in deserto q̄s ieiunabat aut esuriebat. Si nō erat de^o mare et venti cui obediebant. Si non erat homo in nauī quis dormiebat. Si non erat de^o mortuos quis suscitabat. Si non erat homo ci bos quis faciebat. Si non erat deus regnū celorum quis latroni donabat. Si non erat ho^{mo} in cruce quis pendebat et flebat. Secūdo ideo in sua natiuitate flebat vt lachrymas magis autenticas redderet. et principaliter penitentib^{us} cuz ipse qui nihil malefecit flere voluit. Ideo dicit super **Matth.** Lachryme penitentie vniū sunt angelorum et in ipsis est odor vite. sapor gratie gust^{us} indulgentie. et suauitas innocentie. Tercio vt in se credituros in suū amorem accenderet quia iste lachryme fuerūt signum sue compassio nis quam habuit super miseriam generis humani. Moraliter hic docemur ex quo omnis chri^{sti} actio nostra est instructio. vt dicit **Aug^o** sup **Ioh^{em}**. quia christus defleuit nostram miseriam in sua natiuitate. q̄ etiam nos eam defleamus quia homo natus de muliere breui viuens tempore repletur multis miserijs. **Iob. xliij.** Et que sunt ille miserie ostendit **Innocen.** de vi. huma. conditio. Hic inquit sollicitudo molestat. vict^{us} exterrēt. tremor concutit. dolor affligit. conturbat tristitia et seruus diues et dominus conu^{ersus} gatus et continēs. Deinde bonus et malus omnes namq^{ue} mundanis cruciatibus affliguntur. Secūdo fleuit domin^{us} in Lazari suscitatioe **Ioh. xj.** vbi dicit. Et lachrymatus est iesus. et hic fletus fuit amoris. quia Lazarū dilexit qui mortuus fuit. In hoc fletu christi docemur vt mortem anime defleamus. quia dicit **Inno.** vbi. s. c. xxy. Sciat se culpabiliter durū et dure culpabilem q̄ corporalem amici sui mortē deplorat. et spūales anime sue mortem nō deflet. Et nota q̄ aīa nostra recte Lazaro mortuo comparatur. Primo quia Lazarus languit. **Ioh. xj.** Erat quidā languens Lazar^{us} a betania. et anima nostra nunq̄ moritur quin langueat per tepiditatem pp̄ defectum enim feruoris charitatis. Sic fit pigritia et accidiosa ad benefaciendum. Ideo dicitur **Apoē. iij.** Quia tepidus es. id est. ociosus incipiam te euomere ex ore meo. id est. a me te eijcere sicut quoddam abominale. Secundo quia sicut Lazarus post languorem mortuus fuit. ita anima post languorem tepiditatis incidit in mortem iniquitatis. Iuxta illud **Iac. j.** Concupiscētia cum conceperit. id est. inuoluerit parit pct̄m id est. inducit ad consensum perfectum. peccatū autē cum consummatum fuerit scilicet in opere generat mortem scilicet spiritualem anie. Tercio sicut Lazarus mortuus fuit et sepultus. sic

anima sepelitur cum se nimium terrenis cupiditatibus implicat. Quarto sicut Lazaro fuit lapis suppositus. ita anime mortue in peccatis supponit diabolus lapidem obstinatiōis dicēs. vt dicit **Augustinus** in li. de consilic. vitiōrum et virtutum. xliij. Que et quanta o peccator commisisti q̄ graua crimina q̄ innumerosa delicta et pene in melius hec dum vitam mutasti nec dū conuersationem vtiliter correxisti. ecce enim vt cernis mala semper consuetudine alligatus teneris conaris exurgere. sed peccatorum oneribus pregrauatus relaberis. quid ergo agendū est quoniā de preteritis certa damnatio imminet. et de presentibus emendatio nulla succurrit nisi vt admittantur rerum temporalium voluntates dum consequi nequeūt futuri seculi oblationes. Ecce qualiter diabolus supponit anime mortue in peccatis lapidem obstinationis et desperationis. et sic feter quadriduanus. quia peccauit cogitatione consensu opere et consuetudine. Idcirco debet ad consuetudinem Iesu q̄ interpretatur saluator ipse peccator facere. qui vult animam suam saluam facere a peccatis suis. Sed quid fecit Iesus? dicit q̄ fremuit tristatus fuit. fleuit. clamauit. et gratias egit. vt patet **Ioh. xj.** Primo ergo debet peccator fremere propter peccati vilitatem. vt dicitur **Hiere. ij.** Quam vilis facta es nimis iterans vias tuas. Ita fremuit **Hugo** in libro soli. de arra anime contra vilitatem culpe. Tam vilis et tā turpis facta es q̄ sponsi huius amplexibus digna non es amplius. meretrix facta es. et pre nimij fornicationibus tuis laxata sunt vbera tua. gene tue macide languentes et stupentes oculi tui labia pallore obducta. exiccata cutis. virtus infecta. et ipsis quoq^{ue} amatoribus tuis odiosa. Secundo debet se conturbare propt̄ pene acerbicatem. quia acerbis penas anima sustinebit que se hic pro peccato turbare voluit. De his penis loquitur **Bernardus** in sermone de spiritali negociatione. O gehennalis regio gehenna fugienda et horreda terra miserie et tenebrarum locus letifer terra obliuionis. vbi est ignis ardens. frigus vrgens. vermis immortalis. fetor intollerabilis. mallei percutientes. tenebre palpabiles. confusio peccatorū. innodatio vinculorum. horribiles facies demonū. Tercio debet flere. pp̄t̄ damni multiplicitatē. multiplex enī damnum infert peccatū anime. pp̄t̄ qd merito deberet flere. Quia dicit **Petrus Dāman^{us}**. Lachrymarū quippe nitor animā ab omni labe purgat et purificat. et ad ferendū virtutū gramina misericordie aruū fecundat. S3 sunt nonnulli qui faciunt deflere damna temporis nō peccati

Dñica decima post trini.

de quibus dicitur de pe. dist. j. s. iterum opponitur. in fine. **S**ciat se culpabiliter durum q̄ deflet damna temporis vel mortem amici et dolorem peccati nō ostendit in lachrymis. **N**ō itaq̄ est vt quis se excuset fontem habere lachrymarum qui ostendit nunq̄ lachrymis dolorem amore temporalium. **Q**uarto debemus clamare ppter auditorum pietatem. **Q**uia dicit ps̄. **C**lamabit ad me et ego exaudiam eum. **E**t iste clamor debet primo et principaliter coram confesore fieri vt homo culpabilem se reddat et peccata foris mortua producat. ne diabolus coram summo iudice clamando eum accuset. **I**deo dicit **O**rigenes sup̄ **L**euie. **P**ronuncians peccatum peccati remissionem meretur. p̄uentus enī diabolus et accusator vltra nos accusare non poterit. **E**t si ipsi nostri accusatores sumus nobis p̄ficat ad salutem. **S**i vō expectamus vt a diabolo accusemur. accusatio illa accedit nobis ad penam. habebit nos socios gehenne quos cōnecit socios criminum habuisse. hec **O**rige. **Q**uinto gratias deo debet agere. ppter gratie remissibilitatem. **N**am culpa remittit cū hō pure confitetur. **E**t hec remissio principaliter procedit a deo ppter quā sibi gratias reddere debemus. quia dicit b̄tus **A**uḡ. contra **I**ulianū. et habet de conse. dist. iiii. c. **N**emo tollit peccata nisi solus de⁹ qui est agn⁹ tollens peccata mūdi. **T**ollit aut̄ dimittendo que facta sunt. et adiuuant ne fiant. **J**uxta illd̄ **A**postoli. **G**ratias agite. hec ē enim voluntas dei in christo iesu in omnib⁹ vobis. **J**. **A**thessal. v. **T**ertio fleuit dñs super ciuitatem hierusalem vt in euangelio hodierno. **E**t h̄ fuit fletus compassionis. **Q**uia futuram iudeorum miseriam deflebat. in quo docemur vt miseris compatiamur. vt patet de elephantibus sermone. xxiij. **A**st enim notandum q̄ compati debemus q̄ntuplicibus. **E**t primo captiuis eos liberando. **E**xemplum illius dedit nobis primo **A**braam. de quo **Gen̄. xliij. Qui** euz audisset captum **Loth** fratrem suum numerauit expeditos vernaculos trecentos. xxiij. et persecutos ē inimicos et irruit super eos nocte et percussit et reduxit **Loth**. et substantiam eius. **S**ecundo exemplum dedit nobis **Tobias** qui omnia que habere poterat captiuis impartiebatur. **Tob. j.** **S**ecundo compati debemus tribulatis eos cōsolando. quia legitur **Gen̄. xxxvij. q̄** **Ruben** cōpaciabatur **Ioseph** qui missus fuit a fratribus i cisternam ad quam cum venisset et eum non inuenisset compatiendo dixit. puer non comparet et quo ego ibo. et scidit vestimenta sua. **T**ertio compati debemus peccatoribus vt resurgant adiuuando. et sic legitur. **j. Reg. xv. q̄** **Samuel** compassus est **Saul** cum mandatum domini p̄-

terisset. vbi dicitur. contristatus est **Samuel** cū audisset verbum domini dicens. **P**enitet me q̄ constitui **Saul** regem. quia dereliquit me et verba mea opere non impleuit. **Q**uarto compati debemus infirmis eis ministrando. exemplo samaritani qui vulneratum et semiuivum relictum assumpsit in iumentum suum et duxit eum in domum suam et curam eius gerit. **Luc. x.** **Q**uinto compati debemus pauperib⁹ eis necessaria erogando. et est compassio in tribus vt dicit **Hugo** de claustro anime. li. ij. **P**lera inquit compassio fit corde ore et opere. **C**orde quando quis sup̄ miseriam pauperis compungitur. **O**re vt cum quis eum benigne consoletur. **O**pere qñ paup̄ miseretur et tribuit et cōmodat nec retributionē sperat. sed solo pietatis affectu trahitur ad munus. **Q**uarto fleuit christus post cenam in monte oliueti qñ orando ad patrem sanguinem sudauit. **Luc. xxij.** **N**ō dubium qñ etiā largas lachrymas emisit. et hic fuit fletus naturalis timoris. in isto fletu nos docet vt nunc terrore et horrorem inferni timendi defleamus. **J**uxta illd̄ **Iac. iij.** **M**iseri estote. i. statum miserie assumite recurrendo nunc ad deum. **E**t lugete. risus vester in luctum conuertetur. et gaudium in merorem. **S**z vbi hoc fiat? certo in inferno. de quo dicit **Anselm⁹**. **I**bi miserie et tenebre. ibi nullus ordo. oīs q̄ in eo est odit se et oēs alios. **I**bi flet⁹ et stridor dentium. ibi transit⁹ a frigore modo ad calorem nimium aut maximum ad vtrumq̄ intolerabile. **I**bi omnes comburentur et vermibus consumentur. nec tamen consumentur. qz vermis eorum non morietur nec ignis eorum extinguetur. **Q**uinto christus fleuit in cruce qñ aiām suā sanctissimā patri commendauit. de quo ad **Heb. v.** **C**um clamore valido et lachrymis orauit et exauditus est pro sua reuerentia. et hic fuit fletus decoris. i. quo fletu christi docemur vt dilationem celestis gaudij defleamus. sicut fecit **David** qui ait. ps̄. cxix. **D**eu mihi quia incolatus meus prolongatus est. **Q**uare autem debemus flere et suspirare p̄ celesti patria? **R**atio est quia expectat nos tota trinitas cum angelis et omnib⁹ sanctis. **S**icut confirmat b̄tus **Bern̄. i. li. meditationum. c. vij.** **C**urramus non passib⁹ corp⁹. sed affectibus et desiderijs supernis. qz non solum angeli. sed et angelorum dominus et creator nos expectat. **E**xpectat nos de⁹ pater tanq̄ filios vt nos heredes instituat super oīa bona sua. **E**xpectat nos dei filius tanq̄ fratres et coheredes vt fructum sue natiuitatis et precium sui sanguinis deo patri pro nobis offerat. **E**xpectat nos spiritus sanctus qui est bonitas et benignitas in quo ab eterno predestinati sum⁹ nec dubium quando predestinationem suam ab

eterno adimplere velit. ergo omnis curia nos expectat et desiderat. hec ille. **S**ed heu multi sunt homines in hoc mundo qui raro vel nunquam pro celesti gloria desiderant vel suspirant. sed hic gaudia sua habere desiderant. et vellent si possent hic in vanis leticijs semper vivere et deo regnum suum ubi sunt gaudia inexplicabilia sine fine semper dimittere. **S**ed non sic impij non sic erit. **S**ed quando minime putatis tunc mors vos inde recipiet. **I**deo dicit **B**ernardus in medita. **D**ic mihi ubi sunt amatores mundi qui ante pauca tempora nobiscum erant: ex eis nihil remansit nisi cineres et vermes. **A**ttende diligenter quid sunt quid fuerunt. homines fuerunt sicut et tu. comederunt. biberunt. et riserunt. duxerunt in bonis. dies suos et in puncto ad inferna descenderunt. **I**lluc corpus eorum vermibus. illic anima eorum ignibus cruciantur. **E**t subdit post pauca. **Q**uid profuit illis inanis gloria. brevis leticia. mundi potentia. carnis voluptas. false diuitie. magna familia. magna concupiscentia. ubi risus. ubi locus. ubi iactantia. ubi arrogancia: de tanta leticia tristitia. post tantam voluptatem tanta miseria. de illa exultatione ceciderunt in magnam miseriam. in grandem ruinam. in magna tormenta. hec **B**ernardus. **I**deo si modo cognoscerent illa. ipsi mundani non gauderent. sed potius flerent. **S**ic dicit hic dominus. **S**i cognouisses et tu scilicet fletes. **Q**uam ad secundum tangit iudaice destructionis perditionem. cum dicit. **E**t quidam in hac die tua que ad pacem tibi. **U**bi nota dies iudeorum et malorum christianorum est triplex mundialis prosperitatis. corporalis voluptatis et culpabilis vanitatis. de quibus dicit dominus **H**ieremie. **xvii**. **D**ies hominis non desideravi. **D**ies hominis est in quo homo non dei voluntatem nec suam necessitatem. sed peruersam exequitur vanitatem ac periculosam prosperitatem. ut diebus dominicis et festiuis qui heu iam non sunt festa dei. sed peruersorum hominum. **R**equiescunt enim ab opere corporali et licito. et laborant criminali illicito. sicut in gula auaricia luxuria et chorea. et ceteris ludis secularibus diabolo fideliter seruiunt. **I**dcirco diabolus vellet quod talia festa semper essent. propter quod dicitur **A**thenozum. **f**. **V**iderunt eam hostes et deriserunt sabbata eius. **S**ic fecerunt iudei in die mala sue mundialis prosperitatis. de qua dominus dicit. **E**t quidem in hac die tua que ad pacem tibi. **Q**uia tunc iudei habuerunt pacem temporalem que sepius causat vanitatem propter que multa mala eis euenerunt. **S**icut predixit eis christus. **T**u-

niest dies in te et circumdabunt te inimici tui scilicet **T**itus et **V**espasianus vallo. **Q**uia dicit historia. quod **T**itus et **V**espasianus romani principes hierusalem obsiderunt. et circa eas fecerunt tres aggeres. super aggeres fecerunt vallum. id est. chatenaturaz de vallis. id est. de pilis. **A**ppientes autem eam destruxerunt et impletum est illud verbum **Maie. xxix**. **C**ircumdabo quasi speram in circuitu tuo et iaceam contra te aggerem. et munimenta ponam in obsidionem tuam. **E**t infra. **E**t erit quasi pulvis tenuis multitudo vallantium te. **E**t nota non solum ciuitatem destruxerunt scilicet muros turres et loca munitoria. **S**ed etiam populum occiderunt. **N**am dicit **A**gesippus vicinus illorum temporum. **li. v**. quod decies centum milia interfecti sunt a principio obsidionis usque ad finem. et in captiuitate nonaginta septem milia. et triginta iudeos vno numismate venderunt. **I**osephus etiam dicit de iudaico bello qui fuit tempore obsidionis hierusalem ut ductus a romanis romanique in nocte. et in die quingenti infuga comprehensi tamdiu crucifigebantur quousque deficerent corporibus cruces et cruciatibus loca. **S**cribitur etiam in cronicis quod aliqui auari aurum et gemmas glutiebant que insidiatores omnia scrutabatur. **Q**uidam enim assyrius duorum milium hominum viscera scrutatus ut thesaurum inueniret. **S**ed quereret aliquis unde tot mala venerunt? **A**d hoc dicitur quod **T**itus et **V**espasianus venientes in terram sanctam latitabant usque in diem pasce quousque omnes nobiles et diuites terre venissent in hierusalem causa orandi. et tunc subito in eos irruerunt et vallauerunt hierusalem et eos occiderunt. aliquos venderunt ut impleretur illud **Esa. xxviii**. **I**n fine venderis inimicis tuis et seruos et ancillas non erit qui emat. **R**efert etiam **I**osephus. quod **M**aria quidam locuples femina cum alijs transiordanem venit hierusalem ut ibi merorem euaderet spoliatis diuitijs vnum tantum paruulum habebat. que dixit. quid vis ut faciam tibi paruule cui te moritura tradam sperabas? **S**i adoleuisses me pasceres matrem aut defunctam sepelires. **S**ed quid faciam misera mundi mihi et tibi nullum patet refugium ubi te reseruabo. aut ubi te condam sepulcro ne sis preda canibus auiibus aut feris? **O** suauius viscera patris quam penitus vos consumat famis reddite matri quod ex ea recepistis. **Q**uod enim non habet patientiam amoris necessitas persuadet doloris. auerso autem vultu gladium inmersit in puerum et partem comedit in sequentibus alijs ex odore carnis eam interficere volentibus. dedit eis

Dñica decima p^r trinita.

residuam partem. **Sed** Petrus mandu. i. scho-
lastica historia dicit. q^d fideles qui erant i hie-
rusalem seu in iudea aduenientibus romanis
monitione angeli in quandam ciuitatem trans-
iordanem se transtulerunt sicq^{ue} euaserunt. **Quil**
ti etiam iudei tempore persecutionis in spelu-
cis et in siluis latuerunt. **Qui** recedentib^{us} ro-
manis redierunt et loca sancta venerari cepe-
runt. et ciuitatem reedificare volunt. **Sed** au-
dientes romani miserunt **Heliam**. **Adrianu**
qui ciuitatem funditus euerit ita vt lapis su-
per lapidem non remansit vt verificaretur il-
lud christi quod dixit. **Et** non relinquent in te
lapidem super lapidem. **Iuxta** tamen locuz il-
lum quandam ciuitatuculam eis edificauit. et
suo nomine **Heliam** vocauit. et hoc nomē post
ea diu obseruabat. **Sed** diceret quis ex quo iu-
dei propter passionem christi tantum persecu-
ti sunt q^d quasi omnes sunt deleti. quare nunc
eos ecclesia sustinet? **Respondetur** q^d propter
quinq^{ue} causas quarum quattuor tanguntur in
his metris. **Lex**. patres. extrema fides. memo-
ratio christi. **Quattuor** ex causis iudeis parci-
tur q^{ue} hec sunt. **Prima** causa. quia sūt fidei no-
stre confirmatio. quia habent. se iuxta libros
veteris testamenti ex quibus testimoniu^m pro-
ferimus de natiuitate christi et eius passione.
De primo **Esaię**. vij. **Ecce** virgo concipiet et
pariet filiu^m. **De secundo** **Hieremie**. xj. **Quasi**
agnus mansuetus qui portatur ad victimam
Et **Esaię**. liij. **Vere** languores nostros ipse por-
tauit et nos reputauimus eum quasi leprosum
et percussum a deo et humiliatum. ipse autem
vulneratus est propter iniquitates nostras et
attritus est propter scelera nostra. et hec est
causa. cum dicitur. **Lex**. **Secunda** est propter
bonorem patriarcharum et prophetarum ex
quibus populus ille processit. **Iet** hec tangitur
ibi. **Patres**. **Tertia** causa est vt sit nobis me-
moriale dominice passionis. quotiens enim iu-
deos vidimus totiens passionis christi memo-
res erimus. **Ideo** dicit ps. **Ne** occides eos ne
quando obliuiscuntur populi mei. **Et** tangitur
ibi cum dicitur. **Memoratio** christi. **Quarta**.
quia omnes iudei in fine mundi conuertentur
ad christu^m. **Iuxta** illud ps. **Conuertentur** ad
vesperam. et sic fiet vnum ouile et vnus pastoz
Iohannis. x. **Ideo** dixit dominus **Hieremie**
xxij. **In** diebus illis saluabitur iuda. et hec ta-
ngitur ibi. **Extrema** fides. **Quinta** propter re-
uerentiam christi et apostolorum qui ex illoru^m
patribus fm carnem processerunt.

De eadem dominica.
Sermo secundus.

Adens iesus
ciuitatem fleuit super illam et.
vt supra scribitur. **Commenta-**
tor de somno et vigilia dicit. na-
turaliter enim citius obdormimus in calore
q^{uam} in frigore existentes. **Quis** ratio est. quia
calor dilatat. frigus autem constringit. **Sic**
q^{ue} calor dilatat duas venas que procedunt de
corde ad caput. vt sic per istas venas sumi de
cibo stomachi liberius ad caput ascendant a
frigore repercutiuntur et ingrossantur. illi su-
mi sicq^{ue} ingrossati redeunt iterato decorsum et
obstruunt vias et meatus per quos habent di-
rigi spiritus et color ad organa sensuum exte-
riorum spirituum. in organo fit impotentia sen-
tiendi et causa somni. **Moraliter** per calorem
in presenti potest intelligi prosperitas aut mu-
dana felicitas. sed per frigus aduersitas. **Sic**
ut ergo in calore homines citius obdormi-
unt qui in frigore excitantur. **Sic** in prosperi-
tate et mundana felicitate homines obdormi-
unt in peccatis. qui euigilant econuerso tem-
pore aduersitatis. et diuine correctionis. **Sic**
ut de hoc dicit deuotus **Amandus** in hozal.
Sapient. libro primo capi. xij. **Q^{uod}** innumeri
somno peccatorum profundissimo obdormi-
rent et morte spiritali periret quos infelix ob-
sorbuert iniquitas qui adueniente gratia diui-
ne correctionis velut de somno graui ac mor-
tis imperio suscitati. vel excitati vitam in me-
lius comutauerunt et opera tenebrarum abij-
cientes arma lucis sunt induti. et hoc figura-
tum est de **Manasse** rege hierusalem qui adeo
in peccatis dormiuit tempore mundane felici-
tatis vt multa mala perpetraret. **Nam** idola
adorauit. plateas hierusalem sanguine prophe-
tarum purpurauit. **Regum**. xxi. **Sed** cum
esset in vinculis regis babilonie a somno pec-
cati euigilauit et penituit. cum dixit. **Peccaui**
super numerum arenę maris et non sum dign^{us}
altitudinem celi videre. vt patet. **ij. Paralip.**
xxxij. **Sed** iudei obbtinati i prosperitate qui
dam in peccatis obdormierunt. **Sed** in aduer-
sitate vigilare noluerunt. **Nam** in his quadra-
ginta annis antequā romani venerunt multa
mira et aduersa visa sunt. **Nam** vt dicit **Iose-**
phus. q^{uod} stella prefulgida gladio per omnia si-
milis visa est per totum annum ardere flāmis
super ciuitatem. **In** quodam etiam festo pen-
tecosten cum sacerdotes templum ad ministe-
ria ingressi sunt. strepitus et voces audierunt